IMPRONTA

E' in preparazione a Parigi l'edizione definitiva e ufficiale trilingue del *Manuale* per la rilevazione dell'impronta. Il testo non presenta particolari differenze rispetto all'attuale, ma intende offrire precisazioni e chiarimenti sui punti che hanno creato maggiori difficoltà nel rilevamento.

L'edizione definitiva del *Manuale* sarà inviata a tutte le biblioteche partecipanti al Censimento non appena sarà disponibile. Verrà inoltre incluso nella ristampa del *Manuale per la compilazione della scheda* che - essendo in via di esaurimento - verrà ristampato entro la prossima primavera.

ooo

Si prega, quando si trascrivono le impronte di edizioni divise in più parti, di aggiungere sempre la data ad ogni impronta, precisando se é stata tratta dal frontespizio generale o dagli eventuali frontespizi delle varie parti.

ooo

Abbiamo notato che qualcuno, nel rilevare l'impronta, non ha tenuto conto di parole finali in coda ad un testo (cfr. esempi) che invece devono sempre essere prese in considerazione (vedi regola III.2.b.1), non essendo nè richiami nè segnature (vedi regola III.2.a.2).

Si prega infine di trascrivere il segno / secondo l'apposita tabella allegata alle regole per la rilevazione dell'impronta, a seconda se sia usata come virgola, trattino o altro.


nobis eſt inquã tanto bono orbatis vnde perpetuo lugeamus: Cuius
quidem mali nos aliquam conſolationem tentare oporteret: hoc e-
nim vnicè fortaſſe iure poſtuletur, res ardua, atq; adeo difficilis:
quo enim maiorem illius virtutem hac oratione fuiſſe oſtendimus
eo durior nobis harum partium condicio nunc proponitur. Sed ta-
men illud ſapientis eſt cogitare nihil eſſe humanis in rebus: quod
vno, eodemq; ſtatu diutius permanere poſſit: beneq; cum illis a-
ctum, quibus in vita plus boni, quam mali obuenerit. huic enim
certe, cuius morte nunc tantopere dolemus: ſi e præſenti hoc nau
fragio enataſſet, paulo poſt tamen eadem fortuna fuit ſubeunda.
Quocirca ciues optimi mœrorum hunc veſtrum lenite: atq; hanc
calamitatem æquiori animo tolerare: in virumq; illius, optimum
ac fortiſſimo principem inſpicite: qui quamuis ſæuiſſimæ fortunæ
ictibus ſæpe petitus ſit heroica tamen virtute tectus omnes illius
iniurias facile repellit: omnibuſq; exemplo eſt munitum pectus ſa-
pientia, & ſi paulum aliquando humanitus tentetur, nulla ui ta-
men labefactatari poſſe. illum igitur, ſi tantum contendere poſſu-
mus imitemur: putemuſque nihil eſſe, quod mortalibus accidere
poſſit. quod non æquo animo ferri oporteat. Huius autem noſtræ
cuius funus præſentia veſtra, vt æquũ fuit decorauiſtis: cuiuſq;
laudes pro tenuitate ingenij mei aliqua ex parte perſecutus ſum
memoriam animis noſtris ſemper retineamus: cogitemuſq; hoc
illi multo carius futurum: cum multo verius viuat nunc, quam
cum antea hic nobiſcum viuebat: cumq; e cœlo etiam nos ſpectet:
ſi in animis noſtris perpetuo etiam viuat: hoc inquam illi multo
carius futurum: quam ſi illius a nobis diſceſſum mœrore, luctu
ac lacrimis ſempiterno tempore proſequamur. DLXI.

FINIS.

Verso. Caratteri da rilevare: FIac

ſia, & putàrent Ciceronem eodem loqui, quoniam ipſe ſcribit elegantiſſimè. Et Petrum Longobardum ſententiarum ducem, quorum omnium & aliorum etiam dicta & ſcripta adduxi & allegaui. Si autem à me in aliquo erratum fuerit, aut ſi Doctores ſacræ Theologiæ non bene concordauerim, aut ſecundum propoſitum eorum ſcripta adduxerim, ſiq; Doctoribus debitum honorem & reuerentiam minus exhibuerim, veniam date optimi viri, & laborem, quem maximũ die ac nocte habui, cauſamini. Nec voluntati meæ, quæ prompta eſt prodeſſe omnibus, ſed imprudentiæ meæ tribuite, qui errare facilè poſſum, ſed non pertinaciter paratus corrigi ab omni pio & libero correctore. Corripiat autem me iuſtus in miſericordia & increpabit me, vt cum Pſalmographo loquar: Oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Corripiat, inquam, zelo charitatis, non inuidia. Nec ſi errauero, hæreticus cenſeri volo, quum nullius pertinaciæ & temeritatis et inobedientiæ argui volo et contendo. Cedere enim paratus ſum perlibenter, vt debeo, Doctoribus Theologiæ bonis et eruditis; malos verò nihil timeo, nec curo, qui omnia etiam meliora et optima in peius vertunt. Nec ignoro me morſib. multorum eſſe obiectum, ſed ſæcula præuiſa minus nocebunt, quos me viciſſe exiſtimabo. Si bonis et doctis probabor in charitate, in Domino quoque gloriabor, cui omnia mea tribuo, non meis infirmitatibus. Et vt loquar cum Propheta Regio: Non nobis Domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam. Victoriamq; de inuidis et malis conſecutum arbitrabor, quando me profuiſſe videbo et vtilis fuiſſe dicor à rectis et iuſtis hominib. Omnem autem meum laborem in finem vltimum, qui eſt Deus Optimus, Maximus, refero, et ad vtilitatem populi Chriſtiani: quicquid mali et facinoroſi ſentiunt, non facio pili. Valete Lectores et ſacræ Scripturæ amatores Chariſsimi, et meum laborem magnum pro vtilitate multorum ſuſceptum non aſpernemini, rogo. Vel ſi nulla aut parua fuerit vtilitas et commoditas, voluntatem tamen benefaciendi et cõmodandi, ſaltem non improbate. Valete iterum, et me amore, quo ego cæteros bonos et doctos, et Chriſtifideles proſequi ſoleo, amate. Ex Mindelhaim intra Kalendas Octob. Anno ſalutis noſtrę.

M. D. XVII.

GLORIA.
DEO.

Recto. Caratteri da rilevare: O.A.